Los dioses airados

Neptunus olim et Apollo expulsi Olimpo quod[1] **Iovi**, deorum regi, displicuerant, mortalem speciem induerunt... Forte in agrum Troianum venerunt ad regem Laomedontem, qui moenia Troiae tum aedificabat. **Huic** laborem dei susceperunt.

Laomedon autem, ubi moenia novae urbis ima[2] **perfecta** vidit, pactum suum non servavit et divinos opifices sine mercede dimisit. Quamobrem Apollo **iratus** totam regionem dira pestilentia vastavit et Neptunus beluam marinam misit **quae** quotidie e fluctibus emergebat et unam Troianorum filiam sorte **delectam** devorabat.

---

1 *quod:* conj. con valor causal

2 *ima*: concierta con *moenia.* Atención a la traducción de este adjetivo.